

hanc prouinciam conquirendam. & maximam gueram regno comouit. Rex uero qui maximus erat euo. & gentis exfortium non habebat/ cum qua posset exfortio magni can in campestri prelio contraire set ad castrorum & ciuitatum fortilitias
60r° se reducens que fortissime erant/ cum gente sua se uiriliter tuebatur. | set omnia casalia & habitationes per planicies existendo dirupte erant & uaste. Et cum rex uideret. & cum rex uideret quod gentes iste regnum suum taliter destruebant ad magnum can nuncios suos transmisit. ut cum homo senex eset & regnum suum semper in tranquilla pace tenuerit sibi non placeret destructio regni sui. remouendo dictum baronem cum eius gente abinde. nam singulis anis uolebat ipsum tributo elephantum & ligni aloë honorifice presentare. Hoc uero per magnum dominum intellecto statim. sogatu predicto precipiendo mandauit qua[li]ter abinde cum sua gente discedens ad alias partes procederet conquirendum quod dictus baro illico adimpleuit. Et ex tunc ille rex pro tributo singulis anis Magno can transmittit lignum aloë & elephantes in magna quantitate pulciores uidelicet & maiores qui in terris suis ualeant inueniri. & per hunc modum rex iste fuit efectus subditus magni can. Nunc uero dimitentes de hoc dicemus de esse regis & terre sue.

Noueritis ergo quod in regno isto aliqua pulcra domicella nubere non ualet prius *nota nubere domi[cellas]* quam coram rege fuerit presentata. que si sibi placeat eam accipit in uxorem si *pulcras nisi domino* uero non placeat. ei facit tantum pecunie elargiri quod secundum esse suum *pre[sentet]* honorifice ualeat maritari. Et quando dominus marcus paulo fuit ibi secundum

60v° quod dicebatur | habebat iste rex trecentos & uiginti sex filios inter feminas & mares *habebat rex 326 filios* quorum marium maior pars ad exercitium armorum ualebat. In isto quidem *utriusque sexus.* regno multi sunt elephantes. & lignum aloë in multa quantitate sunt ibi etiam multi luci de quodam ligno quod nominatur ebanus quod est ualde nigrum. & fiunt ex ipso pulcerimi pugillares Alia que in libro scribenda sint ibi non sunt quare discedentes abinde de quadam insula narabimus nomine çaua :/ Hic naratur de Insula çaua.

Quando disceditur a çam[ba] inter leuantem & syrocum mille & quingentis miliaribus nauigando. quedam insula maxime continentie inuenitur nomine çaua que secundum quod boni marinarij hoc scientes referrunt est maior insula que reperiatur in mundo. nam pluribus tribus milibus miliaribus in circuito suo girat. & est sub dominio cuiusdam magni regis. gentes cuius adorant ydola & [non] redunt alicui de mundo tributum. Jsta insula tenax est *adorant ydola* multarum diuiciarum. piper nuces muscate. species galanga cubebe. garofali. & omnes alie bone species que inueniri ualent in mundo. in insula ista sunt. ad hanc insulam [ueniunt] multe naues que ibi inueniunt de multis mercimonijs de quibus multum lucrum & profectum consequuntur. In ista insula est tantus
61r° thesaurus quod nemo posset credere nec refere. Et magnus can. | nunquam pro-